Preslia, Praha, 44 : 370–371, 1972

A New Species of *Pterocephalus* VAILL. ex ADANS. from Iran

Nový druh rodu *Pterocephalus* VAILL. ex ADANS. z Íránu

Jiří Ponert

PONERT J. (1972): A new species of *Pterocephalus* VAILL. ex ADANS. from Iran. — Preslia, Praha, 44 : 370–371. — The author describes a new species of the genus *Pterocephalus* VAILL. ex ADANS. (*P. glandulosissimus* PONERT) from the southern part of the Elborz Mountains. The type locality is calcareous gravelly ledges at 2600 m (= 8530 ft) level. — *Batumi Subtropical Botanical Garden, Academy of Sciences of the Georgian S.S.R., U.S.S.R.*

A plant collection made by the author in the southern part of the Elborz Mountains in July 1970 included an interesting *Pterocephalus*, not previously recognized in the pertinent literature. It is now described as a new species *P. glandulosissimus* PONERT.

Pterocephalus glandulosissimus PONERT sp. n.

Planta suffruticulosa. Radix lignosa in rhizoma lignosum obliquum 4–5 cm longum inconspicue transiens (= caulorrhizon*), rhizoma ramis lignosis brevibus 0–1,5 cm longis glabris aphyllis caules fructiferos nonnullos (apud holotypum 4) sterilesque raros ferentibus. Caules fructiferi ascendentes subscaposi monocephali 15–25 cm longi. Internodia inferiora brevia saepe 0,2 cm longa, caule sursum internodia gradatim longiora: internodium inter parem foliorum proximum ad superiorem paremque foliorum superiorem 2,5–3 cm longum. Par foliorum superior a base caulis 6–8 cm distans. Folia caulium opposita, axillae eorum cum fasciculis foliorum, folia caulium inferiora tempore fructuum emortua cum petiolis in vaginam 0,4 cm latam membranaceam (etiam in vivo membranaceam?) dilatatis, vaginae paris foliorum infimi ad medium connatae, vaginae ceterae separatae, folia caulium superiora usque 5,5 × 1,7 cm magna, laminae eorum lanceolatae ad 3 cm longae acuminatae integrae ad petiolum decurrentes et in petiolum alatum saepe 0,15 cm latum transeuntes. Involucri phylla 9–12 linearia 0,1–0,15 cm lata tempore fructuum recurvata. Thalamus pilosus. Involucellum 0,3–0,7 cm longum 0,1–0,25 cm latum infime patule pilosum, parte tertia inferiore patule pilosum et glandulosum, supra dense glandulosum. Pappus 0,8–1,1 cm longus calycis aristis 16–19 infra pallide fuscescento — ochroleucis supra ochroleuco-rufescentis. Flores mihi ignoti.

Indumentum: Caulis infra densissime glandulosus pilis glanduliferis 0,2 mm longis et glandulis subsessilibus immixtis, glandulae subsessiles 0,2 (–0,4) mm in diametro, glandulae inaequales; caulis inter pares foliorum proximum ad superiorem superioremque insuper cum pilis glanduliferis parviglandulis 0,05–0,4 mm longis subdeorsum tendentibus. Caulis parte media et superiore dense glandulosus pilis glanduliferis inaequalibus 0,05–0,3 mm longis et cum pilis eglandulosis subdeorsum tendentibus 0,05 mm longis. Petiolus pilis glanduliferis 0,05–0,3 (–0,4) mm longis et pilis eglandulosis subretrorsum tendentibus 0,1–0,2 (–0,6) mm longis; pili eglandulosi glanduliferique longiores ad marginem petioli concentrati. Laminae foliorum supra cum pilis eglandulosis saepe subretrorsum tendentibus et cum pilis glanduliferis 0,05–0,2 mm longis subdensis. Involucri phylla parte citeriore cum pilis eglandulosis subpatulis 0,1–0,3 mm longis et cum pilis glanduliferis immixtis multis 0,05–0,2 mm longis, parte ulteriore cum pilis eglandulosis erecto — subpatulis 0,1–0,4 mm longis et cum pilis glanduliferis 0,05–0,2 mm immixtis non raris. Thalami pili eglandulosi 0,2–0,3 mm longi. Involucellum infime dense pilosum pilis eglandulosis 0,3–0,6 mm longis, pili glanduliferi illic rari 0,3 mm longi, involucellum parte quinta inferiore cum pilis glanduliferis 0,1–0,3 mm longis et pilis eglandulosis 0,1–0,5 mm longis, involucellum parte media dense glandulosum glandulis 0,05–0,3 mm longis, involucellum supra densissime glandulosum glandulis 0,05–0,4 mm longis cum pilis eglandulosis paucis 0,1–0,2 mm longis. Calycis aristae pilosis pilis erectis sordide albidis usque 1,3 mm longis.

Nota: Topotypi anno 1972 lecti (14. VII. 1972 J. PONERT legit) floribus ochroleucis.

---

* vel "caulorrhiza" auctorum nonnullorum

Holotypus: Jiří Ponert, Iter Iranicum, Pakistanicum Afghanistanicumque 1970: 38408/49. Iran. Montes Elborz, pars meridionalis, inter oppida Gachsar et Marzan-abad, loca horizontales in declivi meridionali, glarea calcarea, 2600 m supra mare. 25. VII. 1970 J. PONERT legit. Typus in herbario Horti botanici Batumensis conservatur.

Differentia specifica: *Pterocephalus glandulosissimus* PONERT praesertim characteribus caulorrhizae, involucri, involucelli, calycis aristarum indumentique a speciebus aliis generis *Pterocephalus* differt. A *Pterocephalo szovisii* BOISS. involucri phyllis linearibus, calycis aristis non 12 sed 16—19, habitu humiliore et laminis foliorum angustioribus, differt. A *Pterocephalo stricto* BOISS. et HOHEN. involucri phyllis linearibus et calycis aristis involucello saepe sesquilongioribus, differt. A *Pterocephalo persico* BOISS. foliis omnibus integris, laminis latioribus, calycis aristis non 24 sed 16—19, etc., differt.

Souhrn

Na základě terénního studia a vlastních sběrů popisuje autor nový druh *Pterocephalus* (*P. glandulosissimus* PONERT). Stanoviště tohoto nového druhu, v jižní části severoíránského pohoří Elborz, je význačné plošinami na jižních sklonech pokrytými vápencovým štěrkem, ve výši 2600 m nad mořem.

Received March 29, 1971
Recenzent: J. Soják